

MEDIEVAL INSTITUTE LATIN EXAM, SPRING 2017

The exam consists of **three passages**.

The **first** is a passage for unaided translation, i. e., it must be translated without a dictionary or any other kind of aid.

In your translation of the **second** and **third** passages you may make use of **any instruments** you wish (dictionaries, grammar books, Latin Bible, etc.).

You will be allowed **three hours** for this exam.

Please write your translation on **lined paper**, skipping **every other line**, **numbering** the pages consecutively, and labeling each with your **exam number**; please leave **wide margins** and use only **one side** to facilitate photocopying!

☞ **You are not permitted to use a computer during the exam period.**

To pass the exam:

- You must translate the **entire** passages (apart from possible minor omissions).
- The translation must show a good **overall understanding** of the text.
- The **syntactical structure** of the majority of single sentences must be correctly rendered.
- There should be very few grave errors in the translation of single **word-forms** (tense, number, case, etc.) per passage.

Please produce an intelligible and grammatically correct English translation. If necessary, add a more literal translation in brackets or notes to show your understanding of the Latin text.

Procedure: After each paper has been graded independently by the members of the MI Latin Exam Committee, the Committee will determine your final grade (**pass/fail**). You will be informed of the result by the Director of the Medieval Institute or the DGS of the Department of History.

Please schedule an appointment with the Chair of the Committee (hmuller@nd.edu) to discuss your exam paper!

PASSAGE NO 1: UNAIDED PASSAGE

Alcuin on the duties and rewards of kingship (ep. 18)

Omnes dilectae gentis principes deprecor Dei diligentissime oboedire praeceptis, praedicatoribus salutis vestrae subditos esse. Illorum est – id est sacerdotum – verba Dei non tacere. Vestrum est, o principes, humiliter oboedire, diligenter implere. Regis est omnes iniquitates pietatis suae potentia obprimere; iustum esse in iudiciis, pronus in misericordia – secundum quod ille miseretur subiectis, miserebitur ei
5 Deus – sobrium in moribus, veridicum in verbis, largum in donis, providum in consiliis; consiliarios habere prudentes, Deum timentes, honestis moribus ornatos. Oportet eum non cupidum esse alienae hereditatis, non avarum, non violenter rapientem; dicente apostolo: "Neque fures, neque avari, neque rapaces regnum Dei possidebunt". Multi vero per rapinas et iniquitates colligere gestiunt; et nesciunt quod propter
10 avaritiam iniquam et terrena cito perdunt bona et caelestia numquam adquirunt. Et saepe per rapinas propria amittunt; quia Deus gemitum exaudit oppressorum. Legimus quoque, quod regis bonitas totius est gentis prosperitas, victoria exercitus, aeris temperies, terrae abundantia, filiorum benedictio, sanitas plebis. A 'regendo' vero 'rex' dicitur; et qui bene regit subiectum sibi populum, bonam habet a Deo retributionem: regnum scilicet caeleste.

- 4** *pronus in:* prone towards
secundum quod: inasmuch, to the same degree as
8 *gestiunt:* *gestio* to strive, attempt
11 *temperies:* temperate climate

7sq. 1 Corinthians 6:10

PASSAGE NO 2: FIRST AIDED PASSAGE

Bede, Historia Ecclesiastica Gentis Anglorum 3.14: King Oswy is taught a lesson on mercy by Bishop Aidan of Lindisfarne.

Donaverat equum optimum antistiti Aidano, in quo ille, quamvis ambulare solitus, vel amnium fluenta transire, vel si alia quaelibet necessitas insisteret, viam peragere posset. Cui cum parvo interiecto tempore pauper quidam occurreret elimosynam petens, desiliens ille praecepit equum pauperi dari; erat enim multum misericors ac velut pater miserorum. Hoc cum regi esset relatum, dicebat episcopo, cum forte
5 ingressuri essent ad prandium: 'Quid voluisti, domine antistes, equum regium pauperi dare? Numquid non habuimus equos viliores plurimos, vel alias species, quae ad pauperum dona sufficerent, quamvis illum eis equum non dares, quem tibi specialiter possidendum elegi?' Cui statim episcopus: 'Quid loqueris,' inquit, 'rex? Numquid tibi carior est ille filius equae, quam ille filius Dei?' Quibus dictis intrabant ad prandendum. Et episcopus quidem residebat in suo loco. Porro rex, repente recordans verbum, quod
10 dixerat illi antistes, discinxit se gladio suo, et dedit illum ministro, festinusque accedens ante pedes episcopi conruit, postulans, ut sibi placatus esset, 'quia numquam,' inquit, 'deinceps aliquid loquar de hoc aut iudicabo, quid vel quantum de pecunia nostra filiis Dei tribuas.'

1 donaverat: the subject is King Osviu (Oswy).

5 quid: = *cur*

6 species: (here:) thing, object

PASSAGE NO 3: Second AIDED PASSAGE

Theodulf, *Versus ad Karolum regem*: in praise of Charlemagne

- Te totus laudesque tuas, rex, personat orbis,
Multaque cum dicat, dicere cuncta nequit.
Res satis immensa est tua laus, immensa manebit,
Dum pecori atque homini pervius orbis erit.
- 5 Tutor opum es, vindex scelerum, largitor honorum
Atque ideo dantur haec bona cuncta tibi.
Percipe multiplices laetanti pectore gazas,
Quas tibi Pannonico mittit ab orbe Deus,
Inde pias celso grates persolve Tonanti,
- 10 Cui, solet ut semper, sit tua larga manus!
Adveniunt gentes Christo servire paratae,
Quas dextra ad Christum sollicitante vocas.
Pone venit textis ad Christum crinibus Hunnus,
Estque humilis fidei, qui fuit ante ferox.
- 15 Ut veniunt Abares, Arabes Nomadesque venite,
Regis et ante pedes flectite colla, genu!
Nec minus hi, quam vos, saevique trucesque fuere,
Sed hos qui domuit, vos domiturus erit:
Scilicet in caelo residens, per Tartara regnans,
- 20 Qui mare, qui terras, qui regit astra, polum.

13 *pone*: behind, towards the back

19 *Hunnus*: Hun; more precisely Avar (same as **15** *Abares*)